40

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-87133-p0001-1

34 427.

TESSRA
SINCER ANIMI
QUM
PER REVERENDO ET PCLARISSIMO VIRO

DNO: CHRISTIANO VVEBERO, SS.

THEOL. LICENT. ET ECCESIÆ VRATISLAVIENSIS
AD D. ELISABETHÆINISTRO VOCATO,

SUB DISCESSUM EX AA WITEBERGENSIUM
UNA CUM VOTO ET PIIS PRECS PRO MANDATO MUNERE
FELICITER ANISTRANDO,
offe
COMMEALES.

ERgò ibis? VVEBERE decus, quò fata DEß
Te rapiunt, ibis? nec TE VVITEBERG ne-
Ex TE nec ſvaves audire aut reddere doctas oit,
Ulterius voces dabitur, nec candida porrò
Pectora, ſeu frontis radios, ſacrasve loquelas
Uſurpare licet? TE quantò quilibet uſq;
Ore fatigaret, ne noſtrâ totus abires
Menſâ tàm citò, BRESLAVIÆ niſi templa Sdos
Appeteret TUA mens remeando ad tecta paterr
Nec tardabit hyems, nec ſævi flamina Cauri,
Aut imbres poterunt iter hoc in hibere. VVEBEM
Aſt prius ad ſummas cathedras, diviq; Lutheri
Pulpita conſcendiſſe juvat, doctôq; labore
Defunctum veris tendiſſe ad ſidera pennis.
Nec tentatus hic eſt fruſtrâ, aut per inane volatus;
Certè per ſuperûm ſedes per & avia cœli
Aërios ſuperat tractûs: ſic fortè volantes
Prævertunt Zephyros aquilæ, ridentq; procellas;
Iſthmiacum juvenem ſic fabula priſca per altum
Commemorat tranare auſum nebulas per & aura
Suffultum pennato illum volucriq; caballo:
Talibus inſtructus ſublimis ad æthera noſter
Nec humiles habitare caſas, nec tecta minorum
Incolere, aut inter tardos cupit ire, SED ULTR

Et præſtò PATRUM favor eſt; VENERANDA QUA-
DRIGA
Sublevat æternas aditurum nomine ſedes
Famæ, felici currum moderatur habenâ.
Accingitq; comam doctam, implexâq; tiarâ
Tempora, Doctoris ſit ut huic conceſſa poteſtas.
Sic TIBI felici meritò, palmamq; ferenti
Gratamur, ſolvendo novo præcordia voto:
TE canat occiduas longè qui tendit ad oras,
Qui petit Atlantem, Lybiam qui viſit arenam,
Quiq; colunt ſeptem-ſub ſidera tarda Triones.
TE pater amplexu foveat, proh! lumina quanto
Manabunt fletu ſpectantis prolis honores!
Non ſatis illius ſaturabunt pectora laudes
Nati ſummus honos, templi cathedræq; labores.
Num ſibi, num Gnato potius gratetur? Utrumq;
Devenerata piè læta hæc gratabitur omnis
BRESLAVIA, atq; DEO cantabit munera laudum.
Ergò ibis, VVEBERE decus, quò fata DEUSq;
TE rapuêre, ibis? Sic TE VVITEBERGA tuiq;
Felici ſemper voto precibusq; ſequentur:
DOCTOR Jò VVEBERE ſubi tua templa, tyrannos
Sterne, tuis patefac cœleſtiaq; oſtia. SANCTUS
SPIRITUS & recto TE ſemper tramite ducat.

WITTEBERGÆ, Typis MICHAELI NDT, ANNO M DC LIII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-87133-p0002-6
DFG

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-87133-p0003-2

34

TESSRA
SINCER … AN
QVI
PER REVERENDO ET P … CLA

DNO: CHRISTIAN … C

THEOL … ECC … SIA
… ABETHÆ … INIST
… M EX A … W
… T PIIS PREC … PRO
… LICITER A … ISTR
off
… OMME … ALE

ERgo … quò fata DE … | Et p
Te … TEBERG ne- …
Ex … dere doctas pit, | Sub
Ult … dida porrò | Fat
Pec … ve loquelas | Acc
Uſu … ibet uſq; | Ter
Ore … pires | Sic
Menſâ tàm … ſi templa Slos | Gra
Appeteret … recta patern | TE
Nectardal … Cauri, | Qu
Aut imbre … . VVEB … M | Qu
Aſt prius a … Lutheri | TE
Pulpita co … pore | Ma
Defunctu … nnis. | No
Nec tenta … ne volatus | Na
Certè per … li | Nu
Aërios ſup … res | De
Prævertun … procellas; | BR
Iſthmiacu … per altum | Erg
Commen … per & aur | TE
Suffultum … ballo: | Fel
Talibus in … noſter | DO
Nec humi … minorum | Ste
Incolere, a … D ULT | SP

WITTEBERGÆ, Typis MICHAELI … NDT, AN

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-87133-p0004-7